

Die mercurij Praefatio Cardinalis Scripando facturi suū Testamentū. qui obiit  
 Tridenti. 17. Martij. 1563. in cōcilio Trid. cusus erat legatus.

In noīe Dñi nri Iesu Christi Saluatoris mundi die .x. Marty 1563  
 Quia mihi Hieronymo Scripando Cardinali ex privilegio s. sedis Ap. ca  
 et benignitate Pont. Pij inq. liberum ius faciendi testamenti sine scrupulo  
 conscientiae concessum est. uolo primum indicatum, quibus de cau-  
 sis hanc potestatem obtinere cupuerim, eaq; usus fuerim, sicut in hoc  
 testamento, seu ultima meae uoluntatis dispositione uidere est. Una ratio  
 est, quae me ad faciendum testamentum induxit, quò inter cohæredes  
 uel consanguineos eos, uel famulos meos, sublata forent omnes occasiones  
 uixarum, seu contentionum causa bonorum, quae relinquo. Altera est, ut  
 aliqua ex parte satisfacerem, quibus uarijs uisib; de causis intelligo  
 me debere. Deniq; quòd obseruaauerim alios idem fecisse egregia doc-  
 trina, et pietati uiros, qui etiam meae professionis, et gradus fuerunt  
 nempe Agedius, Caietanus, et Franciscus Quignones Cardinales  
 Itaq; sumptis principio ab ipsa anima, quae, quia potissimum in meis manibus  
 adeoq; mei ipsius arbitrio in hac fragili uita subiecta fuit, non potui illam  
 cohibere, quin quam saepissime, immo omni die, ac singulis horis oblata  
 Diuinae legis plurima, grauissimaq; comitteret digna aeterno supplicio,  
 Quapropter, omnibus uotis cupiam mihi dari tantum spatij, tantumq;  
 intellectus, ut in ultimo puncto mortis meae illam possim tradere in manus  
 Iesu Christi benedicti cum illa uera et uiua fide quam ipse poscit, et  
 benignè dat suis electis; cum illa caritate qua perfectè satisfit legi,  
 cumq; illa penitentia, quam magnitudo requirit, tam grauium meoru  
 peccatorum. demq; cum uoto suscipiendorum omnium Saeramentorum  
 quae sancta Ecclesia ex sae uita migrantibus exhibere consueuit.  
 Verum, quoniam prauijs multis corporis defectibus, usu manuum, et  
 Linguae impedito solitum est ueniri ad mortem, idcirco, quòd tunc  
 forti per Emor impedimenta nequirem istam uoluntatem, mentemq;

meam exprimere modo uolui, planeq; pro declarata haberi quam nunc  
non ex mea uirtute aliqua, sed ex singulari dono, et bonitate Dei  
habeo, obsecrans Diuinam eius <sup>rem</sup> ut in hora mortis meae ita uel  
illam accipere: atq; ne respiciat animam meam secundum opera  
quae ipsa fecit dum fuit in meis manibus, sed quemadmodum pos-  
erit in manibus Jesu Christi in quas nunc illam constituam per  
fidem, caritatem, penitentiam, et uota suscipiendi ecc.<sup>a</sup> sacramen-  
tentiuocans ea quaecunq; contra huius tenorem dispositionis meae,  
firma uoluntatis, uel cogitare, uel <sup>coha</sup> dicere, uel facere contingere  
possit.

Quod ad corpus attinet, cuius etiam habere rationem monet fides et  
certa spes nra Resurrectionis. Volo. mandoq; ut sepeliatur <sup>hic</sup> apud  
Eos monachos in aede sancti Augustini absq; ulla pompa uel  
extructo monumento, <sup>in qua parte</sup> quo Patribus illius monasterij melius uide-  
bitur, sed positum sub terra, operiatur terra, ac solus lateribus  
sternatur sepulchrum, quod malim esset extra templum, ut in  
claustro, uel in ipso cemiterio, quo loco omnino non auferatur  
alio transferendi causa, sed ibi quiescat usque dum simul  
cum ceteris audiet uocem filij Dei.